Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



idem sermo referendus est. Explicit psalmus VIII. Incipit psalmus VIIII.

Psalmus huius inscriptio est in finem pro occultis filii.

Psalmus ipse David. De occultis filii quaeri potest. sed quia non addit cuius ipsum
unigenitum filium oportet intellegi. Ubi enim de filio David psalmus scriptus est.
cum fugiret inquit a facie Abessalon filii sui. cum et nomen eius dictum. et et hoc latere
non possit. de quo dicere et ur. Non tamen dictum est a facie Abessalon filii. sed additum
est sui. Ubi vero et quod non additum est sui. et quod de gentib: multa dicit. Non potest
recte accipi Abessalon. Neq: enim bellum qd cum patre ille perditus gessit. ullomodo
ad gentes pertinet. cum populus tantum insit. adversus se ibi divisus sit. Cantetur
tamq: iste psalmus. pro occultis unigenito filii dei. Nam et ipse dns. cum sine additamento
ponit filium seipsum unigenitum multi intellegi. ubi ait. si vos filius liberaverit. tunc
vere liberi eritis. Non enim dixit filius dei. sed tantum dicendo filius dei intellegi
cupuit filius. quam loquutionem non recepit. Nisi excellentia eius de quo tra loquitur.
Et et iam si non eum nominemus. possit intellegi. Ita enim dicimus. pluit serena. tonat et
si quas sunt alia. nec addimus quis id faciat. qui omnium mentib: sponte se se offert
excellentia faciens. ne verba desideret. quae sunt igitur occulta filii in quo verbo
primum intellegendum est. esse aliqua filii manifesta. a quib: distinguntur. haeccq:
appellantur occulta. quamobrem. qm duos adventus dni credimus. Unum pretie
ritum quem et iudaei non intellexerunt. alterum futurum quem utriq: speramus.
et qm iste quem iudaei non intellexerunt gentib: profuit. non inconvenienter
accipitur. De hoc adventu dicit. occulta filii. ubi cecitas exparte facta est.
ut plenitudo gentium intraret. Quo et iam iudicia insinuantur p scripturas. si quis
adverterat. unum occultum alterum manifestum. Occultum nunc agitur. de quo
apostolus petrus dicit. tempus est iudicium incipiat a domo dni. Occultum tamq:
iudicium est poena. Quanunc unusquisq: hominum aut exercetur ad purgationem.
aut admonetur ad conversionem. aut si contempserit vocationem et disciplinam dei. excecatur ad damnationem. Iudicium autem manifestum est. quo venturus est dns iudicare vivos et mortuos. Omnib: gentib: eum eo. a quo et bo
nis praemia et malis supplicia tribuentur. sed tunc illa confessio non adremedium malorum. sed ad cumulum damnationis valebit. De his duobus iudiciis. uno
occulto alio manifesto. vide et ur mihi dns. dixisse. ubi ait quinn me credit tunc si et
de mortem aduta.

nec in iudicium venit et in iudicium scilicet manifestum.
Nam hoc qd tunc sit de mortem aduta. pro nonnullam afflictionem qui flagellat
omnem filium quem recipit. Iudicium occultum est. qui autem non credit inquit.